Y c
416

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69796-p0001-6

RECTOR ET SENATUS ACADEMIÆ JENENSIS L. S. D.

QUò brevius temporis eſt intervallum, ex quo non ſolùm publico programmate articuli renovatorum ab Illuſtrisſimis ac Celſisſimis Ducibus Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium &c. utriusq; lineæ, Dnn. noſtris clementisſimis, ſtatutorum decimi, qui de *Pennaliſmi* abdicatione & omnis honeſtatis, modeſtiæq; apud ſtudioſam juventutem reductione agit, ſummam intimavimus, verùm etiam paulò pòſt in ſolenni hodierni Rectoris inauguratione, unà cum ſtatutis veteribus integris prædictus quoq; renovatorum articulus ſuis verbis publicè fuit prælectus: eò magis & miramur & indignamur, adeò apud quosdam mores, jus, decus, pietatem, fidem periiſſe, ut ſusq; deq; habitis omnibus, in iſtis quæ mandantur, ad quæ etiam, in album Academicum nomina eorum cùm referrentur, de iis præmoniti, fidem ſuam juratò adſtrinxerunt, ſuo tantùm ex arbitratu vivere, & non quod deceat, quod liceat, ſed quod lubeat, patrare ſatagant. Adeòne vos, qui tales eſtis, Satanæ mancipia mavultis audire, quàm divinæ majeſtatis præceptis, Illuſtrisſimorum Principum ſtatutis, noſtris monitionibus paternis obedire? adeòne omni pietati, honeſtati, omniq; virtuti nuncium remittere, contrà affectibus pravis indulgere, atq; impietati ac vitioſitati litare animum inducitis? ô proterviam veſanam! ô nequitiam abominandam! Quia verò, quod crebrò malè pullulat, crebriùs eſt ſuccidendum, noſtro ne deeſſe officio arguamur, iteratò vos malè ſanos, à vitiorum deviis ad virtutum ſemitam ut redeatis, paternè monemus. Ad ſuprà memoratum programma noſtrum, in quo de Pennaliſantium pœna ex renovatorum ſtatutorum articulo decimo abundè dictum, quamvis nec de aliis delictis tacuerimus, vos remittimus; in memoriam vobis revocamus ipſum articulum decimum in ſolenni panegyri lectum & auditum, ex quo iis, quæ Pennaliſationem concernunt, ob prolixitatem jam omiſſis, reliquarum interdictum enormitatum verbo tenus hìc ponimus. Sic verò illud habet:

Es ſoll der RECTOR iedesmal/wann newe ankommende Studioſi zu recipiren und der Univerſität matricul einzuſchreiben/vor ablegung des Aydes/ihnen dieſen punct wol inculciren/ daß nemlich weil gleichwol zwiſchen ihnen/als den freyen Künſten zugethanen/und andern gemeinen Leuten ein groſſer Unterſcheid/Sie auch von ihren Eltern und Anverwandten zu keinem andern Ende/ als in humanioribus literis, ſcientiis und diſciplinis unterſchiedenen Facultäten/ ſo wol auch bonis moribus ie länger und mehr fort zuſchreiten/auff die Univerſität geſchickt worden/ daß ſie dannenhero demſelben allem mit getrewen Vleiß nachſetzen/auch ſich eines Chriſtlichen/nüchtern/ mäſſigen/ und ſittſamen Lebens befleiſſigen/ dargegen aber ſich alles müſſiggangs/vollſauffens und daraus entſtehenden tumultuirens/ ſchieſſens/ſchreiens/und juchzens/ inſonderheit aber des balgens/ und aller dergleichen Ungebür/ ſo wol des Nachts/ als des Tages/ in den Häuſern und offendlichen Gaſſen/ bey vermeidung unſerer ſchweren Ungnade und Straffe/ nicht allein vor ſich gentzlich enthalten/ ſondern auch dergleichen unfug ihren Jungen keines weges verſtatten/Geſtalt wir Hertzog WILHELM dann/ als Landes Fürſt/ die anſtalt zu machen entſchloſſen/ wann ſolche tumultuantes und Schwärmer/auch andere Uberfahrer ſich an ſolche gütliche Abmahnung nicht kehren/noch von ihrem böſen verkehrten Sinn abſtehen wollen/daß dieſelbige durch unſere Beambte und den StadtRath zur Hafft gebracht/auch der Gebühr nach abgeſtraffet werden ſollen.

Subjicimus etiam ex matricula, juramento præſtando ſubſcripta verba: *Neve is*, qui nomen ſuum Rectori dedit, *ignorantiam ſtatutorum prætendat, operæ pretium erit, ſimul atq; juramentum datur, eum commonefieri ſpecialiter de pietate, de ſobrietate, de honeſto habitu, de non geſtandis armis, inprimis bombardis, de non vaſtandis hortis & vineis, aut oppugnandis ædibus, de nemine provocando, de non tumultuando in plateis, nec ulli inferendo injuriam, de vitandis nocturnis diſcurſationibus & vociferationibus.* Hæc ergò ſunt, quæ toties inculcantur, omittenda, fugienda: at quem apud maleferiatos iſtos, quibus divina humanáq; jura, mandata, interdicta, contemtui habere, tantùm non pedibus proculcare volupe eſt, fructum pepererint hactenus, in aprico eſt. Graves ad nos deferuntur querelæ de vinearum depopulationibus uvarúmq; maturitatem jam ferè adeptarum direptionibus. quin qui hæc patrant, quò ſecuriùs ſuam furandi (quid enim non ſcapham ſcapham, ligonem ligonem nominitemus?) libidinem expleant, ſclopetis ſe & lapidibus inſtruunt & q. armant, quibus cuſtodes & vel ipſos vinearum dominos excipiant & à ſe procul arceant. Quid ordine literario magis indignum, quàm furti, quo ignominioſius facinus fermè nullum, crimine ſe alligare? Probris ac conviciis impeti, flagris haut raró & perticis mulctari, pallio & pileo nudari, ad magiſtratum deferri & pœnæ debitæ ſubjici. Præterea bombardarum exploſiones in medio oppido, tubarum clangores intempeſtivi nuper auditi. Vociferationibus belluinis omnes oppidi vici noctu dieq; implentur: nec à digladiationibus ſanguinariis abſtinetur. Pennaliſticas etiam actiones & exactiones furtim exerceri audimus. Quæ in hoc delicta per-quam-gravia adferri pluribus poſſent, jam olim ad nauſeam usq; dicta, ſcripta, lecta: repetere jam moleſtum nimis. Quin ipſos vinearum prædatores ac ſpoliatores, bombardarum exoneratores, ſtentores vociferantes, digladiatores, adnovitiorum exagitatores, ſua ſatis convincit conſcientia, peſſimè ſe agere, divinis humanisq; legibus obniti, meliora videre probaréq;, at interim deteriora ſequi. Quæ ergò infanda hæc petulantia, tortorem ſibi domeſticum, qui ad tempus quidem dormire viſus, at olim experrectus ſatis cruciatuum excitabit, ſibi conciliare? Nos iterum omnes noſtræ jurisdictioni ſubjectos monemus & hortamur, ut ejusmodi recenſitorum delictorum variorum hactenus innoxii, pietatis ac honeſtatis viam ſtrenuè pergant, noxii autem, ab iisdem in poſterum deſiſtant, procul à ſe exulare eadem jubeant, niſi pœnas ſubire gravisſimas & pro ratione delicti relegationem ſive privatam, ſive publicam. Quicunq; enim in hoc vel illo deprehenſus delicto fuerit, Tros Rutulusve fuat, ſciat nos acriter in ipſum pro ſtatutorum rigore eſſe animadverſuros. P. P. XIIX. Septembr. Anno CIↃIↃCLIII.

Prelo SENGENWALDIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69796-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69796-p0005-9

RECTOR ET SENATUS ACADEMIÆ JENENSIS L. S. D.

QUò brevius temporis eſt intervallum, ex quo non ſolùm publico programmate articuli renovatorum ab Illuſtriſsimis ac Celſiſsimis Ducibus Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium &c. utriusq; lineæ, Dnn. noſtris clementiſsimis, ſtatutorum decimi, qui de *Pennaliſmi* abdicatione & omnis honeſtatis, modeſtiæq; apud ſtudioſam juventutem reductione agit, ſummam intimavimus, verùm etiam paulò pòſt in ſolenni hodierni Rectoris inauguratione, unà cum ſtatutis veteribus integris prædictus quoq; renovatorum articulus ſuis verbis publicè fuit prælectus: eò magis & miramur & indignamur, adeò apud quoſdam mores, jus, decus, pietatem, fidem periiſſe, ut ſusq; deq; habitis omnibus, in iſtis quæ mandantur, ad quæ etiam, in album Academicum nomina eorum cùm referrentur, de iis præmoniti, fidem ſuam juratò adſtrinxerunt, ſuo tantùm ex arbitratu vivere, & non quod deceat, quod liceat, ſed quod lubeat, patrare ſatagant. Adeòne vos, qui tales eſtis, Satanæ mancipia mavultis audire, quàm divinæ majeſtatis præceptis,
Illuſtriſsim … m remittere, contrà affectibus pra-
vis indulger … ò, quod crebrò malè pullulat, cre-
briùs eſt ſuccidendum, noſtro ne deeſſ … ſuprà memoratum programma no-
ſtrum, in quo de Pennaliſantium pœn … ; in memoriam vobis revocamus
ipſum articulum decimum in ſolenni … rdictum enormitatum verbo tenus
hìc ponimus. Sic verò illud habet:

Es ſoll der RECTOR … or ablegung des Aydes/ ihnen
dieſen punct wol inculc … nterſcheid/ Sie auch von ihren Eltern
und Anverwandten zu k … ibus ie länger und mehr fort zuſchrei-
ten/ auff die Univerſität … ſſigen/ und ſittſamen Lebens befleiſſi-
gen/ dargegen aber ſich … r des balgens/ und aller dergleichen
Ungebür/ ſo wol des … cht allein vor ſich gentzlich enthalten/
ſondern auch dergleichen unfug ihren Jungen keines weges verſtatten/ Geſtalt wir Hertzog WILHELM dann/ als Landes-Fürſt/ die anſtalt zu machen entſchloſſen/ wann ſolche tumultuantes und Schwärmer/ auch andere Uberfahrer ſich an ſolche gütliche Abmahnung nicht kehren/ noch von ihrem böſen verkehrten Sinn abſtehen wollen/ daß dieſelbige durch unſere Beambte und den StadtRath zur Hafft gebracht/ auch der Gebühr nach abgeſtraffet werden ſollen.

Subjicimus etiam ex matricula, juramento præſtando ſubſcripta verba: *Néve is*, qui nomen ſuum Rectori dedit, *ignorantiam ſtatutorum prætendat, operæ pretium erit, ſimul atq; juramentum datur, eum commonefieri ſpecialiter de pietate, de ſobrietate, de honeſto habitu, de non geſtandis armis, inprimis bombardis, de non vaſtandis hortis & vineis, aut oppugnandis ædibus, de nemine provocando, de non tumultuando in plateis, nec ulli inferendo injuriam, de vitandis nocturnis diſcurſationibus & vociferationibus.* Hæc ergò ſunt, quæ toties inculcantur, omittenda, fugienda: at quem apud maleferiatos iſtos, quibus divina humanáq; jura, mandata, interdicta, contemtui habere, tantùm non pedibus proculcare volupe eſt, fructum pepererint hactenus, in aprico eſt. Graves ad nos deferuntur querelæ de vinearum depopulationibus uvarúmq; maturitatem jam ferè adeptarum direptionibus. quin qui hæc patrant, quò ſecuriùs ſuam furandi (quid enim non ſcapham ſcapham, ligonem ligonem nominitemus?) libidinem expleant, ſclopetis ſe & lapidibus inſtruunt & q. armant, quibus cuſtodes & vel ipſos vinearum dominos excipiant & à ſe procul arceant. Quid ordine literario magis indignum, quàm furti, quo ignominioſius facinus fermè nullum, crimine ſe alligare? Probris ac convitiis impeti, flagris haut rarò & perticis mulctari, pallio & pileo nudari, ad magiſtratum deferri & pœnæ debitæ ſubjici. Præterea bombardarum exploſiones in medio oppido, tubarum clangores intempeſtivi nuper auditi. Vociferationibus belluinis omnes oppidi vici noctu diéq; implentur: nec à digladiationibus ſanguinariis abſtinetur. Pennaliſticas etiam actiones & exactiones furtim exerceri audimus. Quæ in hoc delicta per-quam-gravia adferri pluribus poſſent, jam olim ad nauſeam usq; dicta, ſcripta, lecta: repetere jam moleſtum nimis. Quin ipſos vinearum prædatores ac ſpoliatores, bombardarum exoneratores, ſtentores vociferantes, digladiatores, adnovitiorum exagitatores, ſua ſatis convincit conſcientia, peſſimè ſe agere, divinis humanisq; legibus obniti, meliora videre probaréq;, at interim deteriora ſequi. Quæ ergò infanda hæc petulantia, tortorem ſibi domeſticum, qui ad tempus quidem dormire viſus, at olim experrectus ſatis cruciatuum excitabit, ſibi conciliare? Nos iterum omnes noſtræ jurisdictioni ſubjectos monemus & hortamur, ut ejusmodi recenſitorum delictorum variorum hactenus innoxii, pietatis ac honeſtatis viam ſtrenuè pergant, noxii autem, ab iisdem in poſterum deſiſtant, procul à ſe exulare eadem jubeant, niſi pœnas ſubire gravisſimas & pro ratione delicti relegationem ſive privatam, ſive publicam. Quicunq; enim in hoc vel illo deprehenſus delicto fuerit, Tros Rutulusve fuat, ſciat nos acriter in ipſum pro ſtatutorum rigore eſſe animadverſuros. P. P. XIIX. Septembr. Anno CIↃIↃCLIII.

Prelo SENGENWALDIANO.